

1542^o ca. 30. Novembris —

597

Minoribus Consiliariis

Sigismundus Dei Gratia Rex et c.

141

Generose Fidelis Dilecte —

Cum ex omni parte Christiani nominis hostibus circumsepti simus, magnoque in discrimine Regnum nostrum versari videatur, cui et a Turcis, et à Tartaris metuendum est, et à Valachis, quibus tuto nihil credi potest, quin etiam irrupturum fuisse dicuntur, estate proxima Superiori, in Terras nostras Podolice, nisi firmissimum satis in eis presidium fuisse collocatum accepissent, nos pro officio nostro, providere cupientes, ne quid Regnum nostrum detrimenti caperet, et si ardua Magni Ducatus nostri Lithuanie negotia, longiorem ibi nostram commorationem flagitare videbantur, nostrum tamen in Regnum reditum maturavimus, et Comititia ad Diem Divo Agnetis sacrum ediximus, que minora de more procedent in Groshovicis feria — N — — — — —
et alia rursus Terrestria in Nova Civitate
Korczin feria — — — — — N — — — — —

Ea omnia

Ea omnia, ut obedat I^{ta} tua mandamus,
ac Delectis in Minoribus Comitibus Nuntius
ad Majora, cum plena, et non limitata pote-
state, vni gravibus et idoneis, publici ma-
gis, quam privati commodi studiosis, cum
illis, una ad Majora Comitibus se conferat
ibi Nobiscum, et cum aliis Senatoribus, et
Consiliariis Regni Nostri, de propulsandis
incommodis, et augendis ejus commodis, con-
sultationem habitura, — Factura pro fide
Debitoque suo, et gratia Nostra. — Datum
Cracoviae. Die Trigesima Mensis Novembris
Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo
Quadragesimo, Secundo —

Ad mandatum Sacrae Regiae
M^{ajestatis} — proprium —

D